

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

DOMINICA QVINTA IN PASSIONE, EPISTOLA, AD Hebraeos 9.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

DOMINICA QVINTA

specie, quia non proficiscitur è spiritu Dei, sed vel ex amore, vel ex odio, vel ex inuidia. Quibus affectibus quandiu est impedita mens, sit vt verù cernere nequeat. Omnis enim corruptus iudex, malè examinat verum. Potest hic locus intelligi vel de priuato, quo quisque proximū facillè iudicat, iudicio: quod prohibet Paulus, 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, vel de iudicio publico, quo illi, qui Dei ministri sunt, pronuntiant, quod rectum & iustum esse vult. Rectè iudicate filij hominum, P salm. 57. Rom. 13. 2. Paral. 19. Cuius ministros vult esse potentes, Deum timentes, alienos ab auaritia, & odientes munera, Exod. 18. Quia nō hominis, sed Dei exercent iudicium. Istud autem, quia secundum veritatem est, Rom. 2. verum, iustum, & rectum esse: siquidem iustus Dominus, & iustitias dilexit, P sal. 10. scrutans corda, & probans renes, Hier. 17. Quòd autem ait, *Ego non iudico quenquam*: non vniuersaliter, sed secundum subiectam materiam est accipiendum. Neque enim: Christus se priuat potestate iudiciaria. Siquidem Pater illi omne iudicium dedit, Iohannis 5. Sed non iudicat quenquam Christus, vel secundum faciem, & externam laruam, vt temerarij solent leuissimis de causis proximum iudicare, vel hoc primo suo aduentu iudicio condemnationis. Non enim misit Pater filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus, Iohan 3. 1. *dedi tibi ego iudico*, inquit, *iudiciū meū verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater*: Quibus verbis Arrianos, & Eunomianos consubstantialē Patri filium, & Anabaptistas, & Svencfeldianos Trinitatem personarum in diuinis negantes, pulchrè confutat.

DOMINICA QVINTA IN PAS-
SIONE, EPISTOLA, AD
Hebræos 9.

Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, &c. Finis Epistolæ: re-promissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis.



GIT in Epistola hac Paulus tria.

I Primò, Proponit maiestatem Sacerdotij *Maiestas*
Christi à dignitate tabernaculi, oblationis, *Sacerdotij*
& sacrificij. Quia enim Iudæi legales suos *Christi.*

tanti faciebant caeremonias, tanquam à Deo profectas, ut preferendas æstimarent Euangelio, ita ut iustificari neminem posse putarent, nisi qui eas seruaret, ut huius Epistolæ argumentum (sicut & illius, quæ ad Rom. & Galat. scripta est) ostendit, magna dexteritate docet Apostolus Euangelium, eiusque caeremonias, ac Pontificem Christum multis paralangis esse præstantiora: siquidem umbram tantum habuit lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Quâquam enim Moses fidelis esset in omni domo sua, fuit tamen solum minister, unde & quos ex præcepto Dei, Exo. 29. in Sacerdotes vnxit, Aaron scilicet, & filios eius, qui neminem ad perfectum (sicut nec tota lex) adducere potuerunt, nec iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, quando tantummodo in cibis, potibus, sanguine taurorum, variis baptismatibus, & iustitiis carnis occupabatur, scilicet usque ad tempus correctionis impositis: ut enim ipsi Sacerdotes mortales, unde & plures facti sunt, eò quod morte prohiberentur permanere, ita etiâ Arca tabernaculi, in qua tantum erant, Hebr. 9. Vrna aurea habens manna, virga Aaron quæ fronderat, & tabulæ testamenti, necnon sacrificia quæ constabant, partim ex pecoribus, scilicet, vitulo, agno, hœdo, caprâque immaculatis: & auibus, videlicet turture, passerêque, & oblationes, quæ ex simila, panè azymo, & primitiis frugum Domino offerebantur. In se considerata, prorsus erant momentanea, ac planè futilia, nec vnquam propter se tantum à Deo præcepta, ut ostendit Augustin. contra Faustum Manichæum. Impossibile enim erat sanguine taurorum aut hircorum auferre peccata, Apostolo teste, & Psalm. 39. Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, semetipsum exhibuit æterno Patri, pro redemptione generis humani, oblationem, hostiam, sacrificium, & propitiatorium, in odorem suauitatis, atque ut Aaronici non nisi per sanguinem animalium ingrediebantur in Sancta Sanctorum, quem offe-

Moses fidelis in omni domo sua.

Q iij

DOMINICA QUINTA

*Nulla est cō
paratio rerū
caelestium ad
terrenas.*

rebant, non tantum pro aliorum, sed & pro suis peccatis: ita docet Apostolus Christum per proprium sanguinem ingressum in tabernaculum non manufactum. Vt autem nulla est comparatio rerum caelestium ad terrenas, aeternarum ad momentaneas, ita nec vlla esse comparatio potest sacrificij, quod in cruce obtulit Christus, & quod Aaronici assueti erant offerre. Sacerdotium etenim illius erit aeternum, non secundum ordinem Aaron, sed etiam secundum ordinem Melchisedech: tabernaculum quod intrauit, non purpureum aut byssinum, sed caeleste, neque sibi aut pro suis delictis haec obtulit victimam, sed pro peccatis totius mundi.

2. Secundo, Ex effectu, quem quotidie operatur illa sacrosancta Christi semel tantum in cruce facta oblatio, conuincit illius efficaciam, energiam, & dignitatem, quia quod impossibile erat legi, & in quo infirmabatur per carnem, per carnalium affectionum dominium, id vnica tantum perfecit oblatio. In hac enim victima Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, de peccato damnans peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Cedant igitur oportet omnes sanguinarum pecudum victimae vni illi, quam Christus in cruce Patri obtulit, oblationi. Siquidem sanguis taurorum, vel hircorum, aut cinis vitulae, lana coerulea aspersus, inquinatos mundabat solum ad emundationem carnis, nullam vim ad spiritum penetrandi continens. Ille etenim, quum melior sit hominis pars, hostiis quoque melioribus mundandus seruabatur, non corruptibilibus, 1. Petr. 1. scilicet auro, argento, & lapidibus pretiosis: sed pretioso sanguine agni contaminati & immaculati Iesu Christi Domini nostri, qui solus per fidem nos, 1. Corinth. 6. abluit, sanctificat, & iustificat: atque aditum patefacit nobis, non in tabernaculum illud Aaronicum, vel in penetralia magnifici illius templi Salomonis, quae soli Pontifices annuatim semel tantum intrarunt, sed in tabernaculum non manufactum, id est, ad interiora velaminis, vbi praecursor pro nobis introiit Iesus, si tamen fidem, spem, & charitatem usque ad finem firmam retineamus, nec sit in nobis cor malum incredulitatis discedendi a Deo vivo. Quanquam

enim tanta huius sacrificij efficacia, vt omnibus ad salutem facile sufficiat, iis tamen solummodo proderit, qui in ea, qua vocati sunt, vocatione sancta perman-
serint, bonis operibus certam suam vocationem facien-
tes, non iis qui, vt loquitur Apostolus, filium Dei con-
culcauerint, & sanguinem hunc noui testamenti pollu-
tum duxerint, & spiritui gratiæ contumeliam fecerint,
Hebr. 10.

3 Tertiò, Docet Christum, qui solus est mediator Dei
& hominum, vetus illud testamentum olim per Mo-
sen in manu mediatoris populo Iudaico datum, quod
in seruitutem generabat, transgressionem cohibebat,
iram operabatur, & neminem ad perfectum adduxit, se-
mel in totum abrogasse: siquidem in tabulis lapideis
descriptum, (quod eius cui dabatur, animi duritiem si-
gnificabat) actionem externam ab opere illicito cohi-
bebat tantum, non autem ipsam voluntatem, quæ so-
la, dum per gratiam adiuuatur, satisfacit legi. Id autem
vt præstaret Christus, iuxta vaticinia Prophetarum à
Deo Patre constitutus est mediator noui testamenti,
quod in tabulis cordis carnalibus, visceribus, & in cor-
de, non atramento, sed spiritu Dei viui scribitur, sed
non nisi Christi morte intercedente. Soli enim fideles
& in Christo renati hoc noui testamenti beneficium
accipiunt, dum reiecto spiritu timoris per spiritum a-
doptionis satisfaciunt legi, accepta tamen prius redem-
ptione earum præuaricationum, quæ erant sub priori
testamento, & repromissionem accipientes æternæ hæ-
reditatis, vocati secundum propositum gratiæ Dei, filij
effecti & hæredes. Vt autem prius illud testamentum
non nisi sanguine dedicatum est, sed animalium bruto-
rum, ita & nouum dedicari oportebat, quod testaretur
nos esse redemptos à tyrannide diaboli, mortis, pecca-
ti, aut inferni. Quemadmodum vetus illud testamētum
testabatur Israëlitas esse à dira seruitute Aegyptiaca re-
dēptos, in peculiū omnipotentis Dei admissos, sub illius
protectione esse tutos, terrā illam opimā fluentē lac &
mel, se possidere sola ipsius misericordia: quæ omnia fi-
gura erāt tēporis præsentis, noui scilicet testamēti, quo
agnoscūt fideles mortis christi merito sese vocatos esse

*Christus me-
diator Dei
& hominū.*

*Christus me-
diator noui
testamenti.*

Q. iij

DOMINICA QUINTA

in libertatem glorię filiorum Dei, adoptionem æternę hereditatis, & filios & hæredes Dei. Hęc enim præclara beneficia non potuit Aaronis perficere oblatio, non taurorum aut animalium sanguis, qui temporaneam tantum reconciliationem subinde repetendam conferbat. Atqui Christi semel in cruce facta oblatio nobis æternam impetrauit iustificationem, qua iustificati à peccato, & serui facti Deo, hæredes sumus secundum spẽ vitę æternę, in Christo Iesu Domino nostro.

DOMINICA QUINTA IN PAS-
SIONE, EVANGELIUM, IOHAN. 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? &c.
Finis Euangelij: Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.



CONTINET hoc Euangelium quatuor.

1 Primò, Apologiam, qua Christus veritatem tum doctrinæ, tum vitę suę defendit, contra calumniam Sycophatarum. Est enim omnibus impiis familiare, ex moribus, & doctrina aestimare doctrinam, & mores, quamquam ineptissimè. Nūquam enim valet argumentum à doctrina ad mores, vel econtrà. Christus itaque, vt omnibus piis, ac præsertim Episcopis, Pastoribus, & Concionatoribus, quos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam suam, exemplum daret, quomodo ipsos oporteat in medio nationis prauę sine querela conuersari, non contentus integritate doctrinæ suę, vitę quoque suę innocentiam tueretur ac defendit. Est autem obseruanda Christi innocentia, mansuetudo, & modestia, quę tanta fuit, vt non vereatur cę etiam inimicorum iudicio exponere, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Nulli autē, præter quàm vni Christo, licet hanc proponere quæstionem. Qui solus, vt habet Petrus 1. cap. 2. peccatum nõ fecit, aut nascendo contraxit, est inter mortuos liber. Psal. 87. & dolum non habuit in ore. Cateri enim omnes, Apostolo teste, quū peccauerint, vna tamen Virgine, vt habet August. semper excepta, lib. de natura & gratia cap. 36. ac sint pec-

atores, tales sese agnoscere debent, & vt tales argui possunt.

2. Secundò, Aperit Christus fontem reprobationis Iudaicæ esse peccatum incredulitatis, sicut salutis est fides, ac propter insignem ipsorum incredulitatem docet ipsos non esse populum Dei, genus electum, regale Sacerdotium & gentem sanctam, sicut olim à Deo appellabantur, dum scilicet pollicerentur sese Dei præcepta seruaturus, dicentes, Omnia quæ locutus fuerit nobis Dominus, faciemus, Exod. 19. sed esse potius, vt ait Christus, filios diaboli, Iohannis 8. genimina viperarum, Mat. 23. sepulchra dealbata, Matth. 23. & reprobos, & maledicto obnoxios. Quanquam longè aliter ipsi iudicarent, nimirum sese propter Patriarchas esse gētem sanctam, quod illorum essent genus, ac nō posse à Deo reici: Siquidem promissiones patribus factas secundum carnem tantum intelligebant: quod grauitèr semper reprehenderunt Prophetæ, Hier. 7. Baptista, Mat. 3. & Christus. Hanc autem reprehensionem semper indignè tulerunt: idèò tanta seueritate resisterunt, vt Christum Samaritanum, & dæmoniaccū appellarēt: quæ maxima apud eos erant conuitia. Hos enim, vt hostes Dei, execrabantur. Est autem id familiare omnibus impiis veram doctrinā & pios doctores persequi & accusare: sic serui Iehu Elisæum vocant insanum, 1. Reg. 9. Atqui ob humana impiorum iudicia non est à vera doctrina discedendum, sed in correptione perseuerandum. Ac tū sunt maximè retundenda conuitia, quando gloriæ Dei, veritati Euangelicæ, & sacramentorum dignitati derogant, potius quàm existimationi priuatæ. Quia hæc blasphemia ab impiis Christo irrogata, gloriæ Patris sui & prædicationi verbi derogabat: idèò magna seueritate illi resistit Christus, quem vtinam imitentur ij, penes quos est publica potestas: vt sunt magistratus Ecclesiastici, scilicet, Episcopi, Pastores, Concionatores: & Politici, scilicet, Reges, Duces, Principes, atque adeò omnes, quorum interest Christi & Ecclesiæ dignitatem tueri, quos in causis priuatis longè seuerissimos videre est, in rebus fidei segnes.

3. Tertiò, Pro illata sibi iniuria rependit beneficium, illata min-

*Incredulitas
Iudaorum.*

*Impij piam
doctrinā &
pios doctores
persequuntur
et accusant.*

*Christus pro
illata minu-*

DOMINICA QUINTA

via rependit docens se dæmonium non habere, gloriam propriam
beneficium. non quærere, & honorificare Patrem, vt tutò possint fi-
 deles ipsi credere, spem omnem in eum collocare, ex
 ipso dependere: siquidem ille vnus sit, quem proposuit
 Deus Pater propitiorem per fidem in sanguine ipsius,
 qui non suam, sed Patris sui, ac omnium nostrum glo-
 riam & salutem quaerit, rationem, qua eam adipiscamur
 proponens: quam hic collocat in cognitione, fide, & o-
 bedientia verbi sui, quod potest saluare animas nostras,
 Iac. 1. quod auditu percipitur, fide quæ est ex auditu,
 Ro. 11. creditur. Atqui sola illa verbi fides non saluat:
 nisi enim obediëntia subsequatur, inanis & mortua pro-
 fusus erit fides. Potest hoc loco ostendi discrimen verbi
 Dei, & verbi Satanæ: quòd illud cōuertat corda, Hier.
 23. sapientiam præstet paruulis, Psa. 18. & præstet vitam.
 Istud verò à Deo auertat, mentē obscurēt, & mortē af-
 ferat. Aliaq; illud plurima affert commoda, quæ passim
 scripturæ referunt: istud verò plurima incommoda, vt
 testantur eorum exempla, qui istud in animo semel re-
 ceperunt: vt Saul, Cain, Iudas, & alij innumeri. Christus
 itaque hic summam totius Euāgelij ostendit, quod iux-
 ta Apost. virtus Dei est in salutem omni credenti, Ro.
 1. & Iohan. 5. Qui verbum meum audit, & credit ei qui
 me misit, habet vitam æternam. Porro si quis alius sit
Fides sola locus, qui euertat eorum sententiam, qui solam fidem
non sufficit. sufficere docent, certè hic est: Tanta enim seueritate le-
 gis obediëntiam exigit, vt neget eū beatum esse posse,
 qui mandata non seruauit. Sed vt Phariseis, ita & hære-
 tici, Sardanapalis, & Epicuræis, est hæc doctrina hypo-
 critica & diabolica: Negant enim veram bonorum ope-
 rum iustitiam alicui prodesse, aut posse à morte redi-
 mere, contra aperta scripturarum testimonia.

4 Quartò, Ad consolationem omnium eorum, qui in
 ipsum credunt, efficacissimis argumentis ostendit Chri-
 stus suam diuinitatem: Siquidem Patrem, cui natura æ-
 qualis est secundum diuinitatem, habet Deū, maior est
 ipso Abraham Patre Iudæorum, & antequam Abraham
 esset, ipse est. His argumētis, sicuti vehemēter pupugit
 perfidos illos Phariseos, ita magnopere cōsolatur pros
 fideles, qui ex fide agnoscunt se illi fidere, qui Deus sit,

ac proinde & possit & velit iuuare & seruare, vt meritò cum Propheta dicere possint, Tu Domine illuminatio mea, I. sal. 26. salus mea, p̄tector vitæ meæ. Porro vt hæc cognoscere singularis est misericordia, qua gratis præuenit, & illuminat intellectum: ita iudicij fuit propria malitia excæcatis Iudæos relinquere, vt magis ac magis impingerent in lapidem offensionis, & petram scandali: hoc est, vt contumeliis, calumniis, & iniuriis, adderent comminationes, & verbera. Mali enim semper proficiunt in peius, nec antè desistunt, quàm, quod praua voluntate conceperint, perficiant. Quemadmodum ij impij tantum abest vt suauissima hæc Christi doctrina sint couersi, quin potius magis sint commoti. Sed illa Dei est tum potentia, tum etiam misericordia, quam singulari consilio hic exhibuit Christus, vt facile possit impiorum conatus elidere & eneruare, ne tantum scilicet, quàm velint noceant. Sicut enim sese hic defendit, ne lapidibus obiuetur, ita nouit & suos de tentatione & periculis eripere, dum aut Ecclesiæ suæ, aut ipsorum saluti expedire iudicauerit.

FERIA SECUNDA POST DOMINICAM PASSIONIS, EPISTOLA, Ionæ 3.

Et factum est Verbum Domini ad Ionam secundo, dicens, Surge, & vade in Ninuem, ciuitatem magnam, &c. Finis Epistolæ: & misertus est Deus super malitia, quā locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

EPISTOLA continet præsentis Epistolæ historia. Primò, Ionæ Prophetæ apud Niniuitas cōcionē cōminatoriā, qua eos magna ignorantia veri Dei laborātes, legis Mosaicæ cognitione acutatos, & omnibus sceleribus disfluētes ad pœnitentiā hortatur: orditur autē etiā ex præcepto Dei prædicationē suam à terrore & cōminatione futuri excidij. *Malè docēt* Malè ergo docent hæretici pœnitentiā ex terrore iudicij diuini conceptam cōstituere hominem magis peccantē ex terrore. *hæretici pœnitentiā ex terrore iu-* Certè Achab, 3. Reg. 21. Manasses, 2. Paral. 33. & terrore iu-